HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. GLOSSARIUM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
2. Hälfte 12. Jh. Seite 83v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36558
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



datio peccatorum. Exula super eam celum. uirtutes celorum. Uox aquile mole. uox predicationis. Uidi apertum celum. ecclesia. Equus albus xpc. In capite eius diademata premia multa. Gladius acutus uerbum dei. Ut in ipso percuteret. gentes. i. spiritualiter. Uestimentum. sci. Et femur. qui perfecti sunt in coniugio. Iste angelus xpc. Aues. sci. qui conuertunt peccatores per predicationem. quasi cibus illorum fuerint. Alie aduersarie potestates. qui uindicant super peccatores. Pseudo prophete. anti xpc. Missi sunt duo in stagnum ignis. anti xpc cum peccatoribus. Uidi angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi. et catenam in manu sua. iste angelus custos inferni est. quando xpc passus est. Tunc ligauit diabolum. ligauit mille annis. mille anni nouum testamentum quia perfectus numerus est non sicut heretici putant diabolus est ligatus usque ad finem mundi. Regnabunt cum xpo mille annos iusti. usque ad diem iudicii. donec accipiant immortalitatem. Resurreccio iustorum prima est quando exeunt de corpore et uadunt ad requiem. Thronus in celo sedes. a cuius conspectu fugit celum. i. aduersarie potestates. Mortuos magnos propter multitudinem peccatorum. Pusillos. i. qui sunt minus peccatores. Libri aperti. i. conscientias singulorum. Mors peccatum pessimum. Intra terram. i. inferius inferiorum. Ista terra infernus est. Et mors. i. diabolus. et anti xpc. Isti. xii. apostolorum figuram tenent. Diuersos colores habent. diuersitatem membrorum. Ciuitas hierusalem ecclesia. Lumen eius simile lapide precioso. i. xpc. Murus fides. Ab oriente porte. iii. significat illos qui ab infantia ueniunt ad fidem trinitatis. Ab aquilone porte. iii. qui sunt in prosperitate seculi et conuertuntur per penitentiam. Ab occidente porte. iii. qui ueniunt in senectute. Et harundinem secundum hystoriam et metitur et scribitur. Harundo aurea. predicatio euangelica. Ciuitas in quadro posita. i. super iiii. euangelia. Longitudo fidei. Latitudo caritas. Altitudo spes. Et aurum. sensus scripturarum. Et uitrum. baptysma. Et portas. principes ecclesiarum. Platea ciuitatis latitudo omnium mandatorum dei. Flumen aque uiue. scriptura diuina. In media platea. i. in ecclesia. Ex utraque parte fluminis lignum uite. xpc in nouo testamento. [illegible] et ueteri. Afferens fructum per singulos menses per xii. apostolorum [illegible] doctrinam. usque ad finem mundi. Et folia extremi predicatores. Ne signaueris uerba prophetie huius. i. ne abscondas. Qui nocet noceat usque adhuc. de iudeis. de hereticis. de anti xpo dicitur. non